

macerato, mox colato: & semestri exasto, viutor. Id vini genus abortus facit, & partus necat. Aut vuas in sole siccatae imponito in multo meretam (impler autem metreta congitio duodecim) & gypsum in vinum mitto pondo drachmarum viginti, & biduo residere finito: coniicio veratri nigri drachmas triginta, iuncti odorati, calami singulorum drachmas triginta, baccarum juniperi sextarios duos & trientem, myrra, & croci singulorum drachmas: in volucens linteolo diebus quadriginta ap pendito. postea colato, dabis heminas tres, aut duas dilutas. Purgari à parte, & abortu foeminas: fetus extrahit: contra strangulatus vulva efficax. Scammonites sic fit. Radicus scammoniae per menses effossa, rite, & linteo colligatae drachmas quinque in multo congitio mittito ad dies triginta. Alium purgat: bilem, & pituitam extrahit.

Vinorum fa
ctiorum cō
fiteriorum.

Vina facultia parandiratio diversa, quam superius ab initio propè huius libri ad hunc usque locum pluribus capitibus diffusa & diligenterque tradita. Dicordes, nobis quidem clarior, & euidentior visa est, quam ut operastrem effet singula eorum capita nostris commentatoribus prosequi, prefatim cum omnium ferè iam usu apud nos exolenerit. quoniam non equiū debitur uerum, quin ejus huicmodi vina, si eo modo parata in prompti effent, ijs morbis profutura, quibus prodeget produntur. Vnde pluribus acutis rationibus nixus, primus ergo ut arbitror (quod etiam lib. 1. in Ebeni no[n]tione diximus) è ligno Guaiaco vitrum confici, & alijs quoque conficiendam esse scriptis tradici. Cuius postea usu immixta Gallica luce correptos, nos, & alijs medici satitati restituerunt. Videmus enim Euphrasiatum ad oculorum claritatem efficacissimum esse, Myrrinum lienis morbos sanare, & quod ex sera paratur, atrabilariis morbis, & cutem exuleuantibus, nempe scabici, lepris, vitiliginis, lichenis, & id genus alijs, commodissimum esse medicamentum. Quod cum animaduertifit magnus philosophus, & medicus non sternendus Arnaldus de Villa noua, de facilitiis viris, que medicis usi continentur avarios corporis morbos, copiosissimum edidit libellum. In quo qui vini medicamentis delectantur, & hec conficiendi modum, & eorum facultates, facile adipisci poterunt. Nam apud Germanos, & alios illis contemnos, medicamenta commissa in frequentissimo habentur usu, quod magis, quam nos odoratis, & concinnatis delectantur potionibus.

De Metallicis Lapidibus.

Kadmia. CADMIA.

CAP. XLVI.



X. cadmia generibus optima est Cypria, botrytis nomine, densa, modice gravis, & in levitatem magis declinans, racemosa facie, coloris spodii, que fracta cinerulenta est, & aruginosa. Proxima haberet foris carulea, intus candidior, intermixta venarum difursibus, onychitæ lapidi similis, cuiusmodi sunt qua è veteribus metallis effodiuntur. Quædam etiam placodes, id est, crufola dicuntur, segmentis quibusdam perindea de quasi zonis cincta, ob quod eam zonitam appellauerunt. Alia ostracitis nominatur, gracilis, & magna ex parte nigra. Sed quæ testaceam faciem habet, terrâ amplexa est.

Improbatur candida. Oculorum medicamentis botrytis nomine, & onychitis, viles: reliqua ad emplastrum, & farinas, quæ cacoethibus inducendis insparguntur. Ad eadem Cypria prodest. Ex Mace-
t. Cat. 1570
donia vero, Thracia, & Hispania delata improbanter. Cadmia effectus adstringere, cava explicate, sol-
des expurgare, excicare, t corporis meatus infarcire, excrescencia in carne coercere, crustas creare, &
vlerica, quæ cacoethæ vocantur, ad cacoethem perdure. Gignitur cadmia ex are in fornacibus can-
dente, fuligine egesta flatu, & lateribus, cameriisque fornacum inherente. Pregrandes autem, ac ferreæ
sunt rudes, ab officini appellantur acetifides, per summa fastigia coninxæ, & concamerata, ut quæ ab ære
iactantur sursum corpulentæ, cohærent, & inibi detinuntur: que cum spississ incident in corpus co-
crescunt, & modò genus unum eius, modò duo, modò omnia percipiunt. Extrahitur & cadmia in
Cypri è monte, qui Solis incumbit, cremato lapide, cui pyritæ cognomen est. in quo etiam monte
quædam quasi uenç chalcinis, misyos, foreos, melanterie, cerulei, chrysocolla, armamentis futori, diphry
gisque inueniuntur. Nec defunt, qui cadmiani in lapidum fodinis inuenienti tradant, falsi quadam la-
pidum cognitione: qualis inuenitur, & apud Cumas lapis, nullum sui vim offendens. Ille eo deprehendit
duntur, quod sunt cadmia leuiores, nullumque alienum mandentibus saporem exhibent: comman-
ducatur item lapis dentes offendit: cadmia, vt pote cùm cedar, resum non recipit. Alio autem discerni
possunt argumento. Cadmia in farinam detinita, & aetio subdata, atque in sole siccata, coit: quod
in lapide non accedit. Item tritus, & igni appositus lapis profluit, & fumum igni similiem ciaculator:
cadmia vero quieta manet, fuliginemque luto colore, auræ arcu splendentem exspuit, vario zonaru[m]
discutitur. Insuper lapis ignem expertus, atque refrigerat colorum mutabit, ac lenitor multo fieri: sed
cadmia nihil evaniet, nisi quis eam multis diebus cremauerit. Fit & in argenti fornacibus candior,
ac minus ponderosa, led viribus nequam compara erat. Virtus cadmia superior carboni-
bus obruta, donec translucida pectetur, & ferrei sterco modo bullet: mox extinguitur vino A-
mineo, que ad emplastra preparatur: id que ad psoratum medicamenta preparatur, acto. Alij hoc
modo exustam conterunt in uino, rursumque fictili crudo torrent, donec pumicola uideatur: ite-
rumque tritam ex vino, tertio urunt, donec profus in cinerem redigatur, nihil scabritia reuincens. hac
spodii uice utinam. Lauatur autem in mortario trita, effusa subinde aqua, dum fordum ashil emere
gar: deinde in pastillis reponitur.

Cadmia con-
federatio.

Cadmia duo genera, altera facultia, altera fosilis. Hec duplex est. Vna metalli expersa. Altera autem es, aut argentum
continens. Facultia in fornacibus concrevit, vbi es conficitur triplici appellata cognomine. Nam botrytum eam appel-
lauerunt, que sua speciem refert. Ostracitem, que refert, & placidem que crustis similis fuerit. Sunt etiam qui in hoc
genere calanitem ostendunt ab arundinum figura. Decutitur hæc a ferreis periuis, quibus cum es in fornacibus fulsum agi-
tari solet: obducuntur tunc cadmia, que decussa sepsi per medium calami faciem refert. Fosilis autem que metallum non
continet,

continet, quamque Germani lapidem calamitarem vocant, lapis est non admodum durus, sublate coloris, qui accensu luteum fumum edit. Hac utuntur exari fabri, qui ex ore Orichalcum parant. Siquidem sine ea id parari non potest. Quae uero metalum continet, Germani kobele dicta, nigro colore, assertur in Boeniam ex Ducatu Brunsvicensi, a Goslaris fodinat, ubi Chalcis & Mif copiosè foduntur. Hec erodendi facultate adeo preedita est, ut fostrum manus, & pedes exilcerent. Nec sanè mirum, cum intus hanc animalia quecumque perimat. Boenii haec Cerasus glata admiscent, ad necandas muscas; nam ubi pri munum eam degustavant, satis enoruntur. Cadmia utriusque meminit Galenus libro non simplicum medicamentorum sic in quibus. Cadmia sit, ubi in fornacibus es paratur, nempe terra illa, ex qua es generatur, in fornacibus in altum egerente, uel latu fulgorem quamquam, & sailliam, iuste nequaque appellare licet. At si non terram, sed lapidem nuncupare uelis, ex quo in fornacibus fecerendo partim fit, partim cadmia, partim diphryges, nibil sanè retulerit. Sed & in argenteis metallis efficiunt simili secretione, sive generatione, aut quomodoque vocare uoles. Qum et ex pyrite lapide in fornacibus usito fit cadmia. Ceterum ab aliis fornace in Cypro cadmia inuenitur: ac ture quispiam ilam lapidem nuncupat. Itaque in Solis, quo tempore ego in Insula peregrinatus, paucimissimum etiam reliquum erat cadmia, que in fornacibus fit. Et rūm lapidibus, quin in montibus, & rūis reperiuntur, à metallis profecto acceptis, eos in Asiam, Italicamque portauit ad amicos, à quibus summa in ibam graviam, quod se vel maximum munus accepisse dicerent, & que alia omni cadmia multo esset prestantior. Et talca certè merito quis lapidem vocet cadmia. At eius, quem combulta est, aliud botrytinum, aliud placitum medicis nuncupat. Botrytinum quidem, que in editoribus domonit, in quibus fornaces extracta sunt, partibus colligatur. Placitum uero, que in inferioribus. A ciliis sanè botrytinum esse tenuiorum partium, crassiorum uero placitum: utrancum autem nisi desiccandi, seu alia metallica omnia, & lapidaria, terrena. Porro præter desiccandi facultatem, medicioriter item extergit. Attamen que in fornacibus colligitur, ignea facultatis aliquid habeat necesse est. Merito itaque lauentes eam, medicamentum efficiunt medicioriter tum desiccans, tum extergens absque mordicatione, uile ad ulceræ impletionem exposcentia, & in oculis, & in toto corpore. Porro ulcera magnopere humida, aut purpurentia, in corporibus impendio molibus, qualia sunt euuocorum, puerorum, ac mulierum, enim modi cadmia adiuuat. At in diuinis, & contentioribus, que ualentius descant, requiruntur. Itaque illud semper memoria tenendum, ser monem ad temperatam, & medium excessum naturam, in iis que non simpliciter eferuntur, referendum: puta cum dicimus medicamentum, aut ulera carne implere, aut cicatricem claudere, aut aliud quædisce eis generis praestare. Ad quam uitio & nos nunc resipientes, leuiter desificatoriam, absterioramque cadmia esse facultatem dicimus. In caliditatis autem, & frigiditatis differentia, temperate quadammodo existit cadmia, nempe neutrum insigniter efficiens, hoc Galenus. Quibus maximè adspiculatur Plinius libro 34. cap. 10. sc. iniquens. Metalla eis multis mox inservient medicinam, utpote cum ulera omnia ibi ac simili facientur. Maxime tamen prodest cadmia. Fit sine dubio hec & in agenti fornaciis, candidior, ac minus ponderosa, sed nequaquam comparanda exaria. Plura autem genera sunt. Nanque ipso lapisi, ex quo fit, cadmia nocatur, suisvis necessarius, medicina utilius. Sic rufus in fornacibus existit, aliquam nominis sui originem recipit. Fit autem egesta flammis, atque flatu tenuissima parte materie, & cameris lateribus in fornacis pro quantitate levitatis applicata. Tenuissima est in ipso fornaciis ore, qua flamma eleuatur, appellata capitris, exusta, & nimia levitate similis fauilla. Interior optima cambris dependens, & ab eo argumento botrytinum, cognominata, ponderosior hac priore, leuior porro secutur. Duo eius colores, deterior cinerentis, piniceus melius, friabilis, oculorumque medicamentis utilissima. Tertia est in lateribus fornaciis, que propter gravitatem, ad cameram peruenire non potuit. Hec dicunt placitis, & ipsa ab argumento, crusta uerius, quam piex, intus varia: ad pforas utilior, & ad cicatrices trabendas. Fluunt ex ea duo alta genera. Onychitis extra penè caruleas, atque onychitis maculae similis. Ostracitis tota nigra, & ceterarum foridissima: vulnivorus maximè utilis. Omnis autem cadmia in Cypris fornaciis optima, hec Plinius, qui à Galeno in hoc dissentit, quod dixerit fostrum cadmium suisvis tantum necessariam, & me dicimus inutilem, cùm tamen Galenus contrarium scribat. Cadmia omne genus uiduisse sospitos in pluribus Germania locis, ubi ex argenteum, & aurichalcum conficitur. Sed speciem botrytinum apud Perzenem quanto à Tridento lapide, & apud Sbzum in Tirolensi comitatibus, ubi in quā plura fornaciis es, ac aliæ metta funduntur. Botrytinus cadmia frustulum sanguiniferum notissimum est, deinde mihi Sagabria Dalmatia, vnde clarissimus medicus Iosephus Salandus Bergomensis, que adeò in riacemi modina congesta est, ut planè una speciem referat. Porro officine omnes Tuttianas, que pompholyx est, Cadmia permanent nominant. Quantu[m]d[em] Tuttia illis vocatae [nisi mea ne filius opinio] est, ad hanc est botrytinus, aut placodis aut ostracitis genere. Neque enim mirum esse debet, quod Cadmia proprio amiso nomine, in pompholyx locum faceret, cùm etiam Diocoridis tempore spodi loco uteretur medici. Metallicum, quod Gracis ad p[ro]p[ri]am, Latinis item pariter & Ital[ic]is Cadmia nomina. Ita[re] Arabibus, Clima seu Chlilia: Germanis, Grauer, Augs[burg]en.

Historia ex Galeno.

Cadmei hist. Historia ex Plinii.

30 40 50 60 70 80

Πομφολίξ σπόδιον, ἀρτισπόδιον.
Antispodium.

POMPHOLIX, SPODIVM,
CAP. XLVI.

Pompholyx specie sola, non genere à spodio distat. Siquidem spodos nigritat, & plerunque ponderior est, palearum pilorumque plena, quasi purgamentum quaduum, quod ad aratrum officinarum paumentis, & fornaciis exercitur. Pompholyx verò pinguis est, & candida, usque adeò leuis, ut in auras euolare possit. Cuius duo fluxerunt genera. Vnum adaeris colorē uergens, subpingue: alterum magnopere candidum, summamque levitatem natum. Candida fit pompholyx, quoties in perficiendo arte, fabri præstantiorem facere volentes, detritam cadmiā cumulatiū insperferint, nam que tenuissima fauilla, qua effervet, in pompholyx coit. Ceterum pompholyx non ex eis modo materia, & fabrili industria factitur: sed ex cadmia quoque, ad gignendā ipsam eximiè folibus proflata. Cuius faciundæ ratio hac est. In domo gemina contignatione operata, fornax extinxitur, iuxta quam mediocris fenestræ, ad tabulatum à superinis partibus patcat, domiciliari partis fornaci proximus, tenui foramine ad fornacem usque perforatur, ad excipiendam follis narem: ostium mediocre habeat, pro exitu ingressuque artificis fabricatum, domuncula altera huic coniuncta sit, in qua & folles, & flatus suo munere fungantur. deinde carbonibus in camino sufficiens, assidè artifex cadmiā particulatum fractam infipartit, à locis supra infurnibolum extrahit. idem negotium obit infernæ artificis minister, similique carbones adiicit, usque dum indita cadmia copia proflus absfumatur. Itaque gesta suffici tenuis pars, & leuis materia in sumam domum euolat, & parietibus, tecis, fornaciq; adhæ recit: conflatam autem inde corpus, inter initia erumpentibus aquarum bullis simile prodit, postea maius incrementum capessens, gloomusculis uellermu simile redditur. Ponderosius autem in ima loca se recipit: sed hoc fornaciis oftunditur, illud domus paumento coharet: quod tenuiore deterius existimat-

existimandum est, ideo quod multum terrae collegerit, & spuria in aceruatione referatur. Sunt qui hoc modo tantum fieri spodium arbitrantur, de qua ante dictum est. Optima creditur Cypria, quae a cepto aeto halitum aris praefat, colore aliquantum piceo, sapore ceni horrido: & si fraudem non experita, siagrantri carbone inferuerit, aereum colorem contrahit. Antedictis autem notis diligenter attendendum est. Siquidem nonnullis adulteratur taurino glutine, ouillo pulmone, aut marino, aut cremaie grossis, & quibusdam confusilibus: quod facile cogniti fuerit: quippe nihil in ijs probandis inuenietur eorum, quae ante dicta sunt. Pompolygem in communia ita lauari oportet. Ligatum lin-
teo mundo, modiceque taro, aut siccum, aut aqua resperfam in bellum demittito, quod imbre-
contineat, & huc atque illuc fasciculū defers, immergito: ita enim limosa pars eius, ut utilis efficiat,
& omne sedimentum in linteolo remanebit. postea refidere finens aquam cum cinere colis incerni-
to, & nouam infundens, agitato, & effundito: mutata tantisper aqua, & collata, dum arenosi nihil fidat,
demum aquam exprimito, & siccatum cinerem recondito. Alij quantum maximè fieri potest feciatis,
manibus in aqua conterunt, dum mellis crassilumentum immitetur: deinde in linteо fauibus excepturi ua-
sis obtentio, aut laxius illigato, colant, & quo facilius transeat, infusa per linteum largiore aqua, cine-
rem conturbant: mox spumosum, quod trajectum est, & supernata usi, concha exipiunt, & fistulis no-
uo ad usum recondunt. Quod uero refedit, sensim cibratum, in aliud uas transfundunt, reliquo aren-
so, quod pessum ierat: rursus lapidosa sidere patiuntur, & in uas aliud excolant: hoc identidem faciunt,
donec cinis merus, & arena expers inueniantur. Alij paulatim integrum in aqua respergunt, arbitrati
arenas, lapillosumque suo pondusculo degradatos, pessum ire: pilos autem, & paleas leuitate sua in subli-
me attollunt. Ceterum cinerem medium separant, & in pilam conieciunt, ut cadmiam, eluent. Quinta
lauatu uino chio marina aqua diluto, modis quos supra diximus: & ita reddiut adstringentior, quam
aqua elota. Vis pompholygis adstringere, refrigerare, expelere, purgare, obftruere, & aliquantum ex-
care. Inter medicamenta numeratur, quae leniter crufas obducunt. Quod si spodum torre libet, dili-
genter tritam, & irrigatam aqua, colligere in pastillos, fistulisq; nouo, subiectis leuibus prunis orbiculos
continuo uerbas, dum assiccati fulvescant. Neque ignorandum ex auro, argento, plumboque fieri
spodium: uerum post Cyprium, plumbeum maximè commendant. Quoniam spodos saepenumero
desideratur, necesse est ostendere, quae simili uirtute polleant, ut in spodij locu suffici possint, antipodi-
da uocant: quo modo sumi debeant. Folia itaque myrti cum floribus, & immaturis, in fistile cru-
dum coniecta, indito operculo continua foramina habente, uruntur fornicibus, donec figulinum per
coquatur. iterum in fistile aliud crudum transferuntur, quod ubi perflatum fuerit, exempta lauan-
tur ad usum. Idem quoque fit et termite sylvestris oliuae, si habeatur: si secus, satiuu cum suis floribus,
aut malis cotoneis dissecatis, & detracatis ossibus, aut gallis, aut lacerasit linteolis: item ex moris immatu-
ris, id est candidis, in sole prius arefactis, aut terribinthio, aut lenitifio, cananthae, aut mollibus rubi foliis,
vel è buxi coma, vel è pseudocypero cum flore. Alij fuculneas frondes in sole anteua siccatas, codena-
modo parant: alii taurinum gluten: alii succidas lanas asperas, pice aut melle irrigatas. Que omnia in
spodij tunc usurpantur.

Pompholygem officina Mauritanis feunte Tutiā dicunt. Ita enim pompholyx appellatur Serapioni, & Aicennia. Ve-

rim quam seplastari Tutiā existimant, legitima non est, sed cadmiae patine species. Siquidem cīmē haec lapidis modo cri-
stata, praedictaque sit, pompholygem, sive tutiam dictam pro suis mentitur. Pompholyx nāque, Dio cordis, & Galeni authori-
bus, ex aris, vel cadmiae fauilla in glomerulos vellerm similes coit, & farino modo contorta differtur. Id quod recentioreis
nullus, quod sciam, animaduerit, fortasse quod omnes vel berbarie indagante magis in sudauentur, quam in inuestiganda fossa-
lium materia. Quantobrem Manardum Ferrariensem, medicinam etatis nostrae clarissimum, hac in deceptum latissi-
mum reponit. Quippe qui dū Aicenniam redarguit, quod spodium è combustis arundinibus conficit, sedulo nos admōvunt, ut
seculi Galeni sententiam, in spodij defectu, totius potius utatur: qua seplaste abundant, quam Aicenniam antipodio. Sed in hog-
Manardus plane hallucinatus depreditur, quod procul dubio credidit, aut uenienti officinarum tutiem legitimam Dio cordi-
dis, & Galeni ejus pompholygem, cīm tamē legitima Tutiā nullis in officiis sit rūsus, quod ut iam diximus omnes pompholy-
gis loco cadmia tantum utantur. Porro legitiman tuum pompholygem, tuum spodium, que a Dio cordis, & Galeni historia nullis
diffident notis, ego ab araris, argenteis, & fornicibus plateris mecum detuli, tam ab his, que Perzeni, & Lausey in Tridenti-
no agro habentur, quam ab illis, que Sborzij in Tirolensi comitatu Germania inueniuntur, ubi certe celebrerunt sunt metallo-
rum ferè cīmū fornares, ac fodina: è quibus non modo pompholygis, & spodij quantum satius fuerat, accipiendo nōs fuit fa-
cilius: sed etiam cadmiae pyritis, diphyro floris aris, belcynē molibdeni, cerulei, & Armeni lapidis. Quoniam ne natura
quidem particulari apud Italie seplastarios reperi unquam, præterquam apud eos, qui uel a me, uel ab amicis meis emonstrant, le-
gitima haec metallica medicamenta, adulterinis ex suis officiis abdicatis, in medicinam suscepunt uham. Nunc uero amicos in
tello (quos tamē ueris fratres amantissimos appellare possem, ut qui & etatis & longa consuetudine, & studiorum con-
munione mibi coniunctissimi sunt) clarissimos medicos Tridenti orionibus Andream Galum, et Iulium Alexandrinum, qui in
duo suam tum doctrinam, tum integratam à Serenissimo Ferdinandino Remanorum, Vngarie, Bohemiaque regē in
sunt, & sua prolis comedim in medicis bonis fecerit recepti sunt. Hoc itaque pacto cadmia officina pompholygis nūc explet-
quibus etiam antispodia quadam ex arundinibus radicibus, & bouis fibris concremat facit, spodium falso referunt. Quod
tamē non omnino fuerit reprobandum, nam, Dio cordis testimoniō, ubi legitimū desideretur spodium, antispodium uti sanè li-
cet; nempe que fieri possint è myrti foliis, floribus, baccisque: ex olive frondibus, cydonia malis, querucum gallis, atritis lin-
zeanis: item moris nondum maturis, terribinthio, lenticchio, buxo, pseudocypero, fici frondibus, tauri glutino, succida lanas, pice
aut melle per fusa. Quo sit, ut mibi plane inveniūt à Manardo reprobetur: videatur Aicennia, qui ex combustis arundinibus rā-
dibus sibi spodium conficit, medicinis commixtum, que ad cordis robur paratur, & intus in corpus sumuntur. His enim
longe melius, ac confortius fuerit arundinaceum admiscere spodium, quām eius uice tutiam seu pompholygem imponeat. licet
huc quoque sit Brasavoli sententia. Sed equidem hac tenet unquam me legisse recordor, pompholygem seu spodium ijs medica-
mentis tuto admisceri posse, que intus in corpus sumuntur: cīm neque Dio cordis, neque Galenus, nec ipso diceris
temporibus clarerunt: tam ex Gracis, quam Mauritanis, usquam, quod inueniuntur memorias prodiderint, circa uite periculum
hec hauriri posse. Nam fieri nō posse, quam tam pompholyx, quam spodium ventriculo, & ceteris uisceribus mirum in modu-
noceant, cīm ex tenuisima eris, substantia uelutina sita ignis uti conficiantur, & obid deleterij diuidit habeant. Quod maiori
quidem

quidem diligentia expendere potuisse Brasiliolus, cum interrogatus a suo seno pharmacopola, quid spodij loco in compositis m^e Brasiliolus du-
dicamentis imponendum foret, inconfuse tatis respondit, pompholygem, ut faciebat Galenus. Quia in re duplice, meo quidem plex error.
iudicio, noratur errore. Primum, quod respondent non distinxerit, an hoc vel alio modo agendum fuerit cum medicamentis,
que ore sumuntur, quibus myropole spodium quandoque commixcent, omnino hoc in re concludere videtur, pompholyge indiffe-
rent per spodij videntur esse, tam in batrienclis, quam ex tenuis sonorundinis medicamentis. Deinde vero cum pompholy-
gem, sive (ut ipse haberet) iuxta spodij loco sumendum statuit, in eodem verari errore deprehenditur, in quo Manareum eins ci-
nem veritas est, non iuxta tutam communis vasis legitimam non est pompholygem, omnino
(ut tempore in ceteris tam adulterinis, quam si polloitis medicamentis faceret ad soler) errore hunc sibi pharmacopola in-
dicebat. Nec obstat, quod dixerit Galenus in spodij defectu, pompholygem supplendam. Siquidem in ipsis tantum medicamen-
tis id facultandum voluit, quia exteris illuminantur. Nam Galeni etate nullus spodij vel antispodij extitit vasis ad medicamen-
tis, que intus in corpus sumuntur, ut longo post tempore à Mauritius factum esse reperto. Ceterum Finchius medicus ex-
itate nostra, celebris, de his compendoribus medicamentorum ratione, Agricola fortasse fecitus, prae illud spodium,
quod in fornacibus fit, alterum quoque recenset, sive terraneum seu fossile dictum, idq; in quatuor species, cinereum, videlicet,
nigrum, viride, & luteum digerat, quod quidem solis Arabibus (Agricola sibi Serapionis) notum est scribit. Veritatem Se-
rapionis de pompholyge agit, q. 22. vbi item de Spodio cap. 34.2. nullam, quod legimus, spodij fossile mentionem facit: quen-
admodum neque Antenica, neque etiam alijs Arabice familiae authores. Porro meminit tum Pompholygis, tum etiam
spodij Galenus libro 9. simplicium medicamentorum, sive aquens. Pompholyx fit in artis fornace, velut & cadmia: fitque &
dum in fornacibus cadmia virtutis, ut in Cypro. Cum enim praefectus ad artis fornacem instruas res non haberet, precepit ex-
ipso cadmia preparari (presentibus, atque in specie antibus nobis) pompholyga, videlicet minutis cadmia fragmentis in ignem
concrevit, qui ante eravam facebat follem. Canera erat incurva, nusquam pertuta, sed integra, que egistam ab vasa cad-
mia fauillam excipiebat: quam post colligent, habebant pompholygum. At quod reflectens infra in paumentum recide-
bat, spodij est quam vocant, que plurima, vbi in fornacibus virtutis, colligi assolet. Quidam eam spodium neutro genere
pronunciant: cui videtur similes habere facultatem quod vocant Antispodium. Et ego illo vasis sum nunquam, clem lar-
gi mibi tempore pompholyx suscepimus. Nec enim quicquam, vbi hec adsit, spodij vti velit, nedum antispodio. Est au-
tem pompholyx medicamentum propè omnium, que circa morbus deficiunt, si elata fuerit, praestantissimum, quoniam vnam
ad ulceram cancerosam idonea est. Et ad alia omnia maligna. Itaque induit collyrii, que ad oculorum impotuntur fluxiones,
quies bullas, seu pustulas in ipsis natu curant. Preterea ad pudendum, ac sedis ulcera optimum est medicamentum, ni-
mirum sine morbo deciscans. Sed non est huius negotii in ipsis diutius immoratur. Idem libro 4. de compositione phar-
macorum secundum locos de pompholyge ita scribit. Pompholyx lata nulli pharmacorum mordacitatem experientem inferior
est: atque ob id ea virtutum ad accessus, & tenues fluxiones, capite videlicet prius simileque vniuerso corpore evacuato. At ve-
tus manifestum est, quod per vena sectionem, ac purgationem totum corpus evacuamus, per apoplegmatismos vnde capu-
a pituita vindicanus. Potest enim pompholyx lata, quemadmodum etiam spodium, atque amygdala simul, & moderat
humores resicare, simulque ne per tinaculas evacuerat ea, que in magis sporum venis, superficia humida contineantur,
prohibere. Quare si quis prius, quidam capit ab humibus ad oculos desuentibus expurget, obturantibus pharmacis
ritatio, vehementer dolorum ex diffusis tunics efficit. Et ex multitudine influentium humorum aliquando rupturam,
aut corrosionem inducit. Παραδοσίς Græcis vti etiam Pompholyx Latinis & Bulla dicitur: Arabibus, Thracia: Italis Nomina.
Pompholyze: Germanis, Vneis nicht. Στρογγυλός, & τριπλος, Græcè, Spodium similiter Latinè vocatur: Italice, Spodio:
Germanicè, Graeci nicht.

Fuchsij opin.

Pompholygis,
& spodi hi-
floria, & ui-
res ex Gal.

Χειροῦ κακάρες:

AES VSTM, CAP. XLVII.

AES ustum probatur rubrum, & quod contritu colore cinnabarim imitetur: nigrum vero plus
quam deceat, exustum est. Fit autem è clavis solitarum naurium, fistulis crudo compositis: sub-
super sulphure cum sale pari, omnibus usicissim in�paris, fistulis, circumlitio figurali creta spiramento,
fornacibus inditur, donec lignum percoquatur. Quidam pro sulphure, & iale alumen in�parunt,
Alii sine sulphure ac sale, fistulis multos dies urunt. Alii sulphure solo utuntur, fuliginem tamen ex-
cutunt. Alii oblitios fistulis alumine clauso cum sulphure & acetato, fistulis crudo cremant. Alii in anca
olla accesa respernos vrunt, & iterum ac tertio idem efficiunt, postea recondunt. Principem locum tenet, in Memphide combustum: proximum in Cypro. Adstringit, exiccat, reprimit, extenuat, atrahit
cera purgat, & ad cicatricem perducit: utia oculorum emendar, excrescentia in carne coniunctum, no-
mas cohibet: uo miris ciet cum hydromelite potum, aut cum melle delinctum, illuum ue. Lauatur vt
cadmia mutata quater die aqua, donec nulla profusa fordes emergat. Aeris recrementum, fercusve
quam scoriam vocant, eodem modo lauatur: & eandem uim, sed imbecilliorum habet.

A Es vstum, quod in officinis pasim habetur, facies sanu' valoris esse existimauerim, clavis nigrum sit, & plusquam opor-
teat, igne exolutum. Verum facile quipsum huic malo mederi potrit, si Dioscoridem secutus, ipsum confidem-
siderem. Quid si arei clavi è naucis foliis exempli non adsit, ac aliud omne retulat expurgatum, commo-
de affini poterit. Vt si axis meminit Galenus libro 9. simplicium medicamentorum, his verbis. Es vstum habet &
vires ex Ga-
rcinianas quandam, sed & astriofonis est particeps. Primo si lauetur, pulcherrimum est medicamentum cicatrici
vulneris inducere: quanquam idipsum prefare, & antequam lauetur, polsi, potissimum in carne duriore: aliquin in
molliore commodius est, quod ablutum est. Quod Es vstum Latinus, ζερας ζεραγος Græcis appellatur: Itali, Rame Nomena.
abbruscato.

Χειροῦ δύνας.

FLOS AERIS,

CAP. XLVIII.

F Los aeris, quem nonnulli clauorum ueterum pseigma, quasi refegmem aut segmentum, nominarunt,
optimus est friabilis, in attritu fuluefcens, milii cffigie, & numero, breuis, ponderofus, modice spé-
dens, atque constringens, qui delimatam aeris scobem non recepit, qua sepe adulteratur. Sed id facile
deprehenditur, cum dentum illius dilatatur ramenta. Fin autem, cum as fornacibus fusum, in rece-
placula delabitur, per cola fistularum ad ea pertinentium. tum huic negocio addicti ministri, fordes
expurgan-

expurgantes, aquam clarissimam infundunt, refrigerandi proposito: itaque repentino concretu, ac ad densitatione, velut expuit, & erumpit antedictus flos. Adstringit, & excrescentia coercet: offusam oculis caliginem emendat, sed magnopere mordet. Quaternum obolorum pondere datu, crallum humorem extrahit. carnosam narium, & cedri vitia abfumit: eruptiones papularum cum vino cohibet. Candidus contra diurnas autium grauitates tritus, in eas per fistulam flatu impellitur: vuam, tonsillasque reprimit, farina eius cum melle admota.

Floris aris hi flora.

Cum es fornaci liquatum, in paratum receptaculum extra fornacem diffundenter, antequam omnia coreret magis, frigidam super ipsum adhuc ignitum infundebam: statimque vapor magnus excitabatur, sub quo mox ferream laminam, & eam quidem amplam, subiectam, tandis tenebam, donec cefasat vapor. Itaque deinceps aris flos, qui super laminam illam deciderat, nibi sepe offendebat granulis milii proximis, minoribus tamen, sed colore rubido splendens. Quandoquidem tenuissima aris pars, que a vapore in subline fertur, aeris frigiditatem experta, facile in eiusmodi exiguas grandines concrevit. Is nupquam, quod sciatis, in officinis reperitur. quapropter eius vice argentea perpetuo vivuntur. Floris aris paucis perfrinxit Galenus lib. 9. simplici medicis, si de eius viribus differens. Flos aris tenuiorum partium facultatis est, quam aut es rufum, aut squama. Merito itaque ex eo facilis collyrij, extergunt, auferuntque superciliorum ruginas alpetates, quas vocant sycoes. Χαλκοῦ δέ, ita Græcis Latinis vero flos aris dicitur: Mauritanis, Zar abibus: Italiz, Flavore del rame.

Vires ex Gal. Nomina.

Aris *χαλκοῦ*. SQVAMA AERIS.

CAP. XLIX.

20

SQuama aris excussa ex Cypriis officinarum clavis, crassa quidem ipsa præstantior, qua helitis, id est clauraris nominatur. sed ex vili promiscuoque arte, aut candido, vitiofa intelligitur: quam, vapore tenuum, & inutiliam, damnamus, maximè probantes crassam, rufam, præsertim si accu resipra etru gemin contrahat. Vim habet adstrictriam, extenuantem, reprimentem, & erodentem: nomas coecet, vlcera ad cicatricem perducit: pota ex aqua mulsa, aquam trahit. Aliqui farina subactam, dant in catapotio. Additur ad oculorum medicamenta: genarum nati scabritam absumit, & fluxiones excitat. Lauatur hoc modo. Siccez aris squamae expurgata felibra, cum nitida aqua in mortario manu diligenter conturbatur, quoque pessum erit: abicitur, quod subdit, & effusa aqua, hemina celestis imbris adiicitur, & distincta manu, squama, quasi defringenda sit, vchementer confricatur: dumq; lenorem emittere coepit, aqua sensim ad sex heminas vique supererinfunditur, terendo validè: squama ad latus mortarii colligitur, ibi q; apprimitur: quo factò, expressus humor pyxide ex are rubro facta, excipitur. Hoc est enim velut flos squamae, valens viribus, & ad ocularia medicamenta cum primis efficax. Iunctu, imbecillumq; quod superest, lauatur donec nullam proflus lentiitiam excernat: & hinc operum biduo conquefere finitur, effusaq; extante aqua, vbi siccatum erit, reconditur pyxidicula. Ahij ut cadmia lauant, & reponunt.

Aris copulatas. SQVAMA STOMOMATIS. CAP. L.

SQuama ex acie, aut mucronibus decussata, quam vocant stomoma cadem vis. Lauatur modo simili, & reconditur: sed ad moliendam aliud dectionem inefficacior est.

Squamæ aris, & stomomatis confidit.

Aris squama malles ex decussa, res sane vulgaris notitiae est: tametsi ea præstantior sit, qua ab are excutitur, & quo clavi sunt, helitis proprie dicta. Siquidem etiam huiusmodi ex rude impurumque sit, craffiam, vegetioreque squamam reddit, quam id quod purius ignem expertum, in varia vasorum genera conformatur. Eius preterea abundatio adeo Diocordii claris distinctione traditur, vt nihil addendum superst. Squama omnis in vniuersum meminit Galenus libro 9. simplicium medicamentorum, vbi ita scriptum reliquit: Squama alia est aris, medicamenta ad multa vtile: alia ferri, & stomomatis. Quidam vero nominant & heliti lepidi, sive squamam. Omnes sane rehenerenter descindunt. At inter se diversi sunt, tunc quod alia magis, alia minus exiccat: tunc quod alia crassioris, alia tenuioris sit essentie: quodque plus, minusque adfrictionis sint participes. Heliti certè principem in dessecando locum obtinet. nam & tenuiorum partium, quam 50 aliis est, nimisque que & ergo nonnullis assumperit. Maiores obtinet adfrictionem squama ferri, & hec etiam maiorem stomonatis: quonamobrem ad contumaciam vlcera, meliores sunt, quam squama aris. Detrahit, & liquat carnosum potentius squama aris, & bac etiam valentius helitis. Omnes autem squama non infrenue mordaces sunt. Ex quo clavis est, quodque essentie ipsorum consistenti, non admodum tenuis est, sed potius crassa: sicut inter quae eadem vim obtinent, minus est mordax, quod est tenuis, & supereruptio libris ostendimus. hac Galenus. Ex quibus vlique liquido constat stomomatis squamam, aris squamam esse nequaquam: etis contraria memorie proddiderit Plinius ex ore ductus, atque etiam idem affirmauerit recentiorum quidam, eius fidem magis fortasse fecuti, quam quod altius rem hanc inelegaverint. Quandisque non desunt, qui stomonatis squamam, aris squamam omnium tenuissimam esse centendant, vt Marcellus Diocordis interpres. Sunt etiam qui putent eandem modo, aris, modò ferri squamam tenuissimam designare, vt Brafaulius. quanquam hec nullis, quod equidem sciā, rationibus, nulliusque autoritatis probens. Brafaulius tamēt utrū squamam tenuissimam, 60 Diocordiē in mediis citat. Sed qua ratione ergo profectò nesciverim, cùm nusquam reveretur scriptis Diocordiē, quod stomonatis squama promicul, aris & ferri squama esse possit. Verèm ne quisquam forte putaret, me hec meo tantum arbitrio proferre, id eam quod sentio primū non obscuris, vt puto, rationibus apertam: mox probatissimorum authorum testimoniis illud aperiſſimè confirmabo, quod scilicet stomonatis squamam nec aris, nec simplicis ferri sit materia, sed chalybis.

interpretis. Sunt etiam qui putent eandem modo, aris, modò ferri squamam tenuissimam designare, vt Marcellus Diocordis interpres. Sunt etiam qui putent eandem modo, aris, modò ferri squamam tenuissimam designare, vt Brafaulius. quanquam hec nullis, quod equidem sciā, rationibus, nulliusque autoritatis probens. Brafaulius tamēt utrū squamam tenuissimam, Diocordiē in mediis citat. Sed qua ratione ergo profectò nesciverim, cùm nusquam reveretur scriptis Diocordiē, quod stomonatis squama promicul, aris & ferri squama esse possit. Verèm ne quisquam forte putaret, me hec meo tantum arbitrio proferre, id eam quod sentio primū non obscuris, vt puto, rationibus apertam: mox probatissimorum authorum testimoniis illud aperiſſimè confirmabo, quod scilicet stomonatis squamam nec aris, nec simplicis ferri sit materia, sed chalybis. In primis itaque dicimus, quod cum scribat Galenus aris squamam principem locum in dessecando inter catervas ebire, ferri vero in quoq; adfringendi vi quam hec pollere, & bac etiam maiore stomonatis, manifestum præbet indicum, stomonatis squamam nec ab are, nec a simplici ferro esse decussata, sed a dure ac terrefacto metallo, nempe ab aliis chalybeis: quippe cùm stomonatis squama longe magis adfringatur, quam ferri, huic vero plus adstringat quam aris, ratione minime consonum videtur, stomonatis squamam esse aut aris, aut simplicis ferri scēden, sed potius (vt dictum est) parisiſimi chalybis. At bac cum Galenus in scriptis fronte scribat, Squama alia aris est, alia ferri, alia stomonatis, omnibus sanè pālē facit,

lām facit. *Stomoma* aliud esse metallum ab ipso ore, & à simplici ferro omnino diversum. Nam si sensisset Galenus, quod *Stomoma* in *aris* genere, non autem ferri, fūisset reponendum, dīcisset haberi *squamam aris*, *Stomonatis*, ac ferri, neque ita speciem à suo genere difinxerit. Sed quoniam recte non erat *Stomona* genus effe ferri arte facti, ob id sūo illud adscripti Generi, quemadmodum & *Paulus ipsius* fecutus. Ceterum præter rationes adductas, *Stomonati* *squamam* a chalybe tamē decissim effe, nihilq; aliud *Grecis* *Stomonatis* nomine indicari, quām chalybem, confirmatur *Aetij* & probatissimi, & *Greci* auctore testimoniū, quippe qui libro 9. cap. 48. dīc agens, quām in corpore sumpta dysentericos iunant, quidam *Grecis* effet *stomona*, his verbis apterū declaravit. Deinde vīnum purum vetus, quantum satis uidebitur, in nouum usculum infundit, & lananam ignitam ex ferro, quod *stomona* vocant, non minorem librā in uno extinguit. Item libro 10. cap. 9. ubi indutratione curam agit, sic inquit. Si autem ferrum, quod in ipsis extinguitur, *Stomona*. Ipsius autem *Stomonatis* ferri *squama*, quam in fabriliis officiis ferrum, cum ignitur, & mallo tunditur, abicit. Postea agglutinibus hominibus utiliter exhibetur. Et libro 14. cap. 24. idem ait. *Squama ferri*, praesertim *Stomonatis*, amplioris adstringit partis est. Hec *Aetius*. Ex quibus sente perspicuum sit, nil aliud *Grecis* effe *Stomona*, quām Latinis sit chalybē, qui ē purior ferri substantia, arte fit in fornacibus. Quo factum est, ut omnes in rūniversitate medici *Aetium* & reliquias veteriores scītati, ad clypeos, aliosq; affectis id experientes, chalybē igne candentem, magis quām ferrum, modo in aqua, modo in austriū vinum, modō in lac extinguunt, quod chalybē maiore adstringendi vi pollet, quām ferrum. Hinc itaque omnino affermare licet, nil aliud extitit veteris *stomona*, ac recentioribus *Gracis* *Stomonatis* *squamam*, quām quām à chalybe decuitur, iusq; praesertim, qui mallo ferrariis in officiis acuitur, dum gladij ac telis aciem, vel mucrones coaptant artifices: quin etiam dum alii sunt in instrumenta materiaris fabris, & terre cultribus expedita. Porro hanc rem quoque *Aetarius* abundē exprimit suo de compositione medicamentorum libro in *Aegyptia Andromachi*, dum inquit. Multò reddetur vitio si *squamam aris*, aut mucronibus decussum, quam appellarūt *Stomonatis*, pari pondere filii adscriptat. Id quod etiam idem paulū inferiorē repetit. Hoc insuper confirmari potest ex Galeni scriptis libro primo, ac tertio de compositione medicamentorum secundum locos, ubi diversis medicamentis, praesertimq; ad alopeciam facientibus, *Stomonatis* ferri *squamam* immiscat. Sed si forte reperirent aliquis ad eo ceruicosis, & percutax, vt tot clavis rūrum auricularibus non acquiesceret, audia quoq; Aristotelem philosophorum omnium principem, qui libro 4. Meteororum, chalybē sine *Stomonatis* conficiendū rationem scripsit docuit us verbis. Tūc etiā nō sīp; exēdōs vīdōs, ἀντί τούτων γενέσθαι πάλιν γενεσθαι τούτων οὐτούς. Οὐπέται γέργη γενεσθαι πάλιν ταῦτα κατόπιν εκπλασίας. Ταῦτα δὲ παράδειστα μέλη τούτων φύσεων τούτων είναι. Οὐπέται δέ παράδειστα αὐτά, διότι τούτων γενεσθαι πόλιν γέργη τούτων ταῦτα, οὐπέται επειπλού. Id est δέ εκπλασίας ὁ ἀνάτολος θεος ἐπεκβαῖται. Quia Latinē redduntur in hunc medium. Porro & ferrum elaboratum liqueficiat, ita ut fluxum redatur, & rufum concrecat, atque in hunc modū dum faciunt *Stomonatis*: siquidē scoria in fundum subdidet, & defaciat ferrum. Cum vero id sepe factum est, & purum evasit, *Stomona* efficitur. Hoc autem non sepe faciunt, eo quod repugnat multum deperdat, & pondere immunitur. Atq; ferrum illud melius est, quod minus excimenti retinet, hactenū *Aristotelles*. Cuius niminorū doctrinam sequuntur in hunc vīque item, qui ferrariis *fornacibus*, & officiis è ferri prius elaborato, chalybē conficiunt in Italia, & in alijs rūniverse Europa regionib; Quapropter eos probris hallucinari evidētissimum est, qui aliter sentiunt: nempe inter antiquos *Plinium*, & inter recentiores *Marellum*, & *Brajanolum*. His omnibus accedit *Serapionis* autoritas, magni inter *Arabos* *Dioscorides* interpretis: quippe qui quadrangulēsimū tertio sui operis capite de simpliciis medicamentorum histria & viribus, id totum quod à *Dioscoride* proditum est de *squamam Stomonatis*, de ferri *squamam* posterioris memoria prodidit, *Stomona* tanquam genus, chalybē loco accipiens. Nec obstat, quod in *Dioscoride* codice scriptum reperiatur, *Stomonatis* *squamam* vīne eadem esse, que *aris* *squamam*, quamquam non adeo valenter alum deiciat. Siquidē ego planē suspicor, codicem *Dioscoridis* hoc in loco effe depravatum, vt in alijs quoque pluribus deprehenditur, praesertim cum nec à Galeno, nec ab alijs veteribus recentioribusque *Gracis* proditum sit, *Stomonatis* *aris* *squamam* viribus effe similem: hec namque alum deiciat, illa vero contra eam cobbet. Ad haec nūquam memini apud quenquam legisse, alio metallo roborari posse ferrum in aciem vel mucronem elaboratum, nisi chalybē, qui *Gracis* *Stomona* dicitur. Quo fit, vt ille peritiam mirari non desinam, qui aliter sentiunt. Ex his itaque habet dubiè credendū arbitror, non aliud effe *Stomona*, quam chalybē, qui cām a primordiis semper fuerit experitus ad ferreorum instrumentorum aciem roborandam, quam aciem *Graci* *squa* vocant, pariter chalybē *Stomona* vocantur. Quapropter dicebat *Aetius*, sit ferrum, quod in ipsis extinguitur, *Stomona*. Hoc autem vocabulum putauerim ego ortum esse à *squa*, quod Latinis os sonat. *Aetius* enim, itemq; mucrones, gladij, & telis, alijsq; ferris instrumentis vīnum nullum alium præbent, quām oris. unde Latinis quandoq; dici solet, eos quibus ob malefacta caput abscindit, in ore gladij perire. *Plinius* quoque liceat ignorauerit, quid *Grecis* significaret *Stomona*: chalybē tamen aciem, que *Gracis* *squa* dicunt, appellauit libro 34. cap. 24. sit inquietus. Ex omnibus autem ferri generibus *Serico* palma est. Seres hoc cum vestibus suis, pellibusq; mitine. Secunda, Particula, neque alla genera ferri ex mera acie temperantur: ceteris enim adipiscuntur. hac *Plinius*. Ex quibus palam est, id hoc loco *Plinius* aciem vocari, quod chalybē tamen Latinī appellant, quod: nos corrupto nomine ab acie, vel ab aciendo vulgo vocamus accidio, quemadmodum & *Gall* acier, & *Hispani* aciel suo idiomatico dicunt. His igitur tum rationibus, tum autoritatibus fert, sīquaque potius à *squa* quām à *ferro* *squa* ortu habere putamus: quanquam etiam coram opinio, quād à *squa* *squa* dictum existimat, non sit omnino improbadum, quid id serbum roborare, durum facere, aciem & mucronem inducere *Grecis* designet. Sed neque illos quoque probris aberrare crediderim, quod scobem ab acie, & mucronibus, dum super lapide rotante accidunt arma, derasam *Stomonatis* *squamam* effe centent. ueruntamen hec, quod sit lapidis illius ramentis admīta, non perinde ac sincera probanda videtur. *Squama*, que *Gracis* *aris* γάλαξιον, Latinus *Squama* *aris* appellatur: Itali, *Squama* *Stomonatis* dicitur: *Arabici*, *Tubel*, *Bastur*, *tabartan*, & *Cortex astas*: *Italicis*, *Squama dello Stomona*, *Hispaniis*, *Esquama de azero*.

A Erugo rafa fit iis modis. In cadum, aut aliud consimile usq; acetum quām acerimū infunditur. Superponitur inde inuersum cincum usq; acetum, praesertim concameratum, sī minus, planum: siq; obstrūctum, nullūq; que habeat sp̄iramentum. Exempto, quo dolium obturauerit, operculo, decimū post diem insidens erugo deradit. Aut *aris* lamina in cadis super acetum ita suspenditur, ne ipsum attingat, & totidem post dies raditur. Aut maſſula *aris*, aut lamina una pluresq; uinaceis non recensitibus,

Stomona es-
se chalybis
squamam cōfir-
mat author
ritatibus.

tibus, sed iam aescentibus conduntur, & simili modo versantur. Quinetiam ex delimitata aris scobe aruginem facere licet: necnon è laminis, quibus brachia aurum conclusa malleo ducitur, si quis eas aco respargat, & ter aut quater verteret, donec arugine contrahantur. Tradunt aruginem in Cypriis mettalis gigi, lapidibus quibusdam nonnihil aris habentibus, quibus arugo efflueret: adduntque per Canicula astus è quadam specie manare: sed illam paucam, & optimam esse: hanc sp. luncis effluentem copiosam quidem, & boni coloris, sed vitoiam, quod lapides multos collegierit. Pluribus autem modis adulterant. aliqui pumice admixto, alii marmore, alii atramento furoio. Sed deprehendimus pumicem, aut marmor, tū dum pollici sinistra manus madefacto, aruginis portiunculam altero acutius: sumique traditione crebra, & humoris complexu dascaliscunt. quin & dentium apprefici: siquidem fynera cedit, leuis, & sine asperitate. Atramentum vero futorum igne coaguntur: namque si fistile, aut lamina adulterata arugine illatur, & ferueni cinere, aut carbonibus incalcat alterutru, mutabitur, rubescetque id, quod atramentum futorum acceperit; quod id vistum suapte natura talem fortuitu colorem.

I'ēs οὐάνη. AER VGO SCOLECIA.

CAP. LII.

A Eruginis, quam vocant scoleciā, duo sunt genera. quedam fossilis est, altera factitia ad hunc modum. In mortario Cyprii aris dimidiā heminā aceti albi aris que, pistillo cupreō conterito, donec strigimenti crassitudinem imittere: deinde aluminis rotundi drachmā vnam, cum salis fossili 20 translucētis, aut marini quām abissimi, solidique, aut certè cum nitrī pari pondere teritur in sole zelutofissimis diebus, sub sydus Canicula, donec colorem aruginis contrahat, & concretu strigimento sum fiat: vbi autem se in vermiculorum Rhodiacis similiū speciem coegerit, recondito. Efficax, & valde boni coloris redditur, si duas partes urina veteris, cum una acetū adiceris, & alia, qua dicta sunt peregeris. Sunt qui aruginem rasilem, quae in apparatu non respondit, gummi mixto digerant in formas, & ita vendant. quod genus, vt vitiosum, improbat. Fit & quadam erugo ab aurificis, mortario, & pistillo Cyprii aris, cum urina pueri in pubis, qua aurum ferruminauit. Antedicta aruginum genera vito arī omnino respondent, sed magis effēdū valent. Scindunt fossilēm scoleciām prestantissimam esse: derafam sequi: postremo loco factitiam. mordacissimā tamen est hæc, & magis adstringens. Aurificum autem arugo rasē responderet. Aerugines omnes adstringunt, extenuant, excalcent, oculorum cicatrices emendant, lachrymas crient, nomas fistūlā, vulnē ab inflammatione tenuuntur: vicerat ex oleo ceraque ad cicatricem perducunt: callos, & fōrdida vicerat purgant, cum melle coēta: callū fistularum erodunt cum ammoniaco, collyrij modo in eas adadūt: ad gingivānū autem excrecentias, & exuberationem vtilē. Magnopere extenuant genarum crassitudinem, cum melle illirū: utrum post illitionem spongia ex aqua calida locus fouendus est. resina terebinthina excepta, cū arcē & nitro leprā abigunt. Vritur arugo, quanquam velis minutissimē frācta, comminutaque, in scili patina, flagrantibz prunis superposita: veratūq; donec se mutet, & colore cinereum concipiāt: postea refrigerata reponit ad vistum. Sunt qui cruda olla eam vrant, vi diūcum est: sed non prius eundem colorem cremata reddit.

Aeruginum
comid.

A Eruginem, quod colore sit viridi, officine, ac medicis in Italia es viride nuncupant, & vulgarē sermone verde rame. Vērū quanū officina eo in rūmerū abundant: fyceri tamen parum ostendunt. Scolecia arugine, & festisū desitūmus: quod altera, quod sciam, hoc tempore non paritet, altera vero ab araxis fodinis, vbi fortasse pluma reportat, a fōrbitus non deferatur. Proinde cīm barum copia non sit, ea tantum otiorum, que gre in acetaria cādis denī, aut vinaceis acītūtū acītūtū obtrūctūtū, conficitur. Hallucinantur, qui credunt aruginem, & aris florē vnam, & canē emērem effē, & tupe- riūs de aris stire differentē latius ostendūtis. Aeriginis vives reddidit Galenus libro 9. simplicium medicamentorum, sic inquens. Aerugo gustantibus acrem qualitatē offert, digerens, detrahens, & iquanis, non tenerant moco, sed & duram carnem. Porro supra dictū est nonnullas eius generis medicamenta, epuloticā, & apellare, cū ijs in tenuissimum pollinem tritis per fscilem cūsidem contingent, & a excrecentia, ac postiūtē centracia reperiāt. tamēfī illos bād lateat, si paulo plus impositione foret, sepe vclus non utrūctum, sed eroſionē inventebit. si quidē collipiat, & digerit carnem: cum medicamenta epuloticā contrahant, conjunct, confingant, & cali in morem illam induerent. Quin & gustum mordacit erugo, non tantum ipsa vicerat, quod sīp. culum eius cerato non paucō admīne- as, id quod ex ambobz myristē effē, citra morbum exterget. Dictū vero supra est de talibus medicamentorum natura, tum vt sepe quidam fallunt ex talibus compositionibus, aut sarcotomicā, aut epuloticā adscribentes facultatem medicamen- tis, quibus minime oportet: nōpote cum ipsa id prestare nequeant, verum eaqua ex ipsi composta sunt. Que erugo id ērōtē Grēcī, Aerugo gustū Latinis dicitur: Italī, Erugine rasile. Que vero Grēcī iēs ερυγή, Latinis Aerugo scolecia nominatur: Italī, Erugine scolecia. Arabis, Zīniā, seu Zengiā: Germani, Spangren: Hispani, Cardenillo: Galis, Verueris & Verdet.

Aeruginum
uires ex Gal.

Nomina:

I'ēs οὐάνη. RVBIGO FERR I.

CAP. LI II.

60

RVbigo ferri restringit: fistis foeminarum profluvia admota, potuque præstat ne concipiāt. Illīta redunias, & pterygia. Condylomatis prodest gingiuas firmat, podagrā illīta lenit, alopecias replet. Vītantūt us, & dissolutis stomacho auxiliatur.

Στέρκος οὐδὲν. STERCVS FERRI.

CAP. LIII.

STercus ferri, quam scoriā vocant, eadem potest, quæ rubigo, sed inefficacius. Aconito ex aceto
mulso potum, opitulatur.

Ferrugo, que est ferri rubigo, vulgaris notio est. Eius similiter scoria, quæ Latinis & Stercus, & recrementum ferri
F & nostris vulgo scoria, paffiniū de ferri appellatur, omnibus, nō sit, utām vt maiore indiget declaratio: hoc nanque prope
ferraria officina paffiniū in accēnum congeſta ſeclatur ab omnibus. Vero tamen ne aliquis fortasse decipiat, illud confidit.
nobis iudicium non abbit, quod ferri, aut aris, aut argenti scoria non est squama, que malleo decutitur. Siquidem hēc
ferrari fornicibus, quibus ferri metallum funditur, indita liqueſcit, & iterum in ferrum effici potest. Scoria meminī Galenus
10 utile fit ferri recrementum, inane, & fongiarium modo ſi umquam, nurquam ferrum effici potest. Scoria meminī Galenus
libro 9. Simplicis medicamentorum, ſic iniquens. Scoria omnis reſectariorum adhuc medicamentum eſt, potissimum
autem ferri. Siquidem ad Leuven redigens ipam in aceto quām acerīna poſtequam decoquere ad aves, que longo iam
tempore puer fluerunt, ea utor, medicamento maximè excitatorio, adēd ut mirentur, qui preparantem me vident. &
ante rei periculum fidem non habeant, aures tale poſſe ferre medicamentum. Porro argenti scoriā proprie helcyſma appelle-
lant. Perūn emplastris quibydam reſectariorum facultatis conſimicunt. Paratur ē ferro oleum (quidam ferri quintam
effientiam vocant) hoc modo. Sanito ferri ſcobiū linea derafam, & igniū y (ut chymista dicere ſolent) ad calcis ſpeciem
redactam, aut bruis vice rubiginis anchora, qua naues ſiftuntur, quantum libet. Hęc in tenuerū paluere trita, in aceto
acerīna diffundit, in aqua calentia balnei; non tamē ferientis, aut in equino fino calente, in vase vitro macerato, donec
acetum rubicundum fiat. Praterea declinato vase acetum in aliud vas effundit, quoque clarum effluxerit, & ſeriatō
20 diligenter, & iterum ſuper idem ferrum aliud acetum imponito, maceratoque in balneo, eodem modo ad rubedinem usque,
eademque ſeruata ratione extrahit, & iterum, atque iterum acetum additō, quoque nihil amplius ruboris concepit. Deinde
acetum rubicundum factum in difſiliatorium uas vitroem conciō, & in fornace collocato. cineribusque obducito, &
fucco igne ad defiſillandum ſitio, quoque finixerit acetum, aque ſillatitiae modo. & poſtea vase ē fornace exempto,
illud frangit, et ferrean materialm in ſundo reſidentem extrahit, terito, & in aliud vas reponito aſſua communi aqua, que
prius diſillata fuerit, & ſimil in balneo preſcripto macerari ſit, duorum dierum ſitio. Eximit deinde, & per filium
(ut chymista dicunt) diſillandum parato, & id eme, quod fluxerit, in uafe aliquo aſſervato, quoque in ſal concreuerit. Id
deum conterio, & in vitroem uas retorci coll, ita a chymista appellatum, collocato, & valido igne alcum elicio, quod
rubrum emanabit. Hos ſe uate diligenter. Siquidem exūmum, raroque habebit medicamentum, ad omnes locinoris,
& plenis obſtructionis, vbi cataris auxiliis morbus expugnari nequeat, ſed ſumentes prius medicamentis attenuantibus, &
30 alium fiduciencibus purgatos eſe oportet. Datur locinoris cracche pondere ex aqua Intub, aut cichori, aut Agri-
monij, lienosif vero ex aqua apleni, aut adianti, aut Tamarisci. Ac de ea omnia mirificè praefiat, ad quas Rubiginem & fo-
rnam praefare ſcribit Dioscorides. Ceterum ubi quis per se parare neciat. Chymistas conſulat. Rubigo ferri Latini
dicta, iēs οὐδὲν Grecoſ appellatur: Arabibus, Seda albad: Itali, Ruggine del ferro: Germanis, Eſſen roſi: Callis,
Ruelleure de fer. Quia vero Grecoſ οὐδὲν. Latinis, Scoria, Stercus & Recrementum ferri dicunt: Arabibus, Nomina.
Chab albad: Itali, Spuma de ferro: Germani Schaklen: Hispanis, Mozo de Herrera, & Mozo de fragua.

Μέρος τετάρτου.

PLVMBVM ELOTVM.

CAP. LV.

Lotura plumbi ſic fit. In mortarium plumbeum aquam iniiciens, piftillo plumbeo terito, donec
40 nigrefcat aqua, & limi modo craſiſcat, aut lutulenta reddatur: linteo deinde colato, aquam fu-
perinfondens, quo facilius quicquid eft refolenum incerti poſſit. hoc iterum facite uisque dum fatis
tibi habuſte videatur. vbi confederit priore aqua effusa nouam adiiciens, vt cadmiam lauato, donec
nulla exet nigritia: poſtea in piftillo cogens reponito. Quidam ſcobiū mundi plumbi lima quæ-
ſitam, mortario piftilloque lapideis terunt, aut manibus cum aqua paulatim adiecta fricant, donec
nigrefcat: mox ubi id pefum irerit, effusa aqua, colligunt in piftillo. nam tritum vehementer, ceru-
ſe ſimile redditur. Alii elimatori ſcobi modicam plumbaginem adiiciunt, affirmantes ita elotum plumbum
præſtantibus eſe. Poteſt refrigerare, adſtrigere, inducere, mollire, explore caua, ſiftere oculo-
rum fluxiones, & vicerum exrefectioſe. Sanguinem ſupprimit: prodeſt conita ſedis vicerā, condyloma-
50 tis, & haemorrhoidas, ex roſaceo: item ad ea, quæ aggrē cicatricem ducunt: & in totum ſpodiis
effeſtus præbet, niſi quod non obducit crufas. Syncerum plumbum affiſtū, marini ſcorionis, dra-
coniisque plagiis auxiliatur.

Μέρος καταγόνων.

PLVMBVM VSTVM.

CAP. LVI.

VRitur plumbum ſic. Super quām tenuiſſimas plumbilaminas, fiftili nouo inditas, ſulphur
infargito: additioſis alii rufus laminis, interiecto ſemper ſulphure, uſquedem vas expue-
ris, ſuccendito. flagrante autem plumbo, ferrea rude verato, donec perfecte redigatur in cinereum,
nihilque ē plumbo non ultum haferit. tum demum obſtructis naribus eximito: alioquin halitus plumbi
bi noxiouſe ſentitur. Aut elimatori ſcobiem in olla ſulphure vrito. Alii laminas in fiftili crudo,
60 ut diſtum eſt, imponunt fornici, aut foco, & circumlinientes operculum, dato exili ſpiramento,
urunt. Alii pro ſulphure ceruſam, aut hordeum infargunt. Alii integras laminas imponentes,
aci igne vtuntur, & rudicula ferrea continuē mouent, dum in cinerem foluantur. Sed difficultis huius-
modi uifio, & ſi vehementius vratur, contrahit ſpumā argenti colorem. Magis tamen nobis placet
prima viendi ratio. Plumbum uſtum lauato vt cadmia, & reconditur. Eoſdem effectus habet, quos
plumbum elotum, ſed multo acriores.

Στέρκη μαλεſis.

RECREMENTVM PLVMBI.

CAP. LVII.

REcrementum plumbi, quod ſcoriam vocant, optimū eſt, denſum, fraſtu contumax, ceruſam pla-
nē repræſentans, nihil plumbosif habens, quod ad luteum colorem accedit, & vitri ſplendorem
uu 3 imitatur.

imitatur. Eadem quo plumbum exustum potest, sed magis adstringit. Latatur in mortaliis infusa aqua, & resuta summa aqua parte luteum colorem duxit: idque sepius, dum recrementum absuratur. Dein ubi considererit crastimentum, aqua effusa, digeritur in pastillis.

MOLYBDOIDES, SIVE LAPIS PLUMBARIUS.
CAP. LVIII.

Molybdoides lapis à plumbi similitudine dictus, respondentem recremento vim habet, & eodem modolauatur.

Series plumbi confid.

Plumbi abluendi, atque etiam comburendi ratio, adeo lucide constat à Dioscoride prodita, ut operpretium non sit plura de ea referre. Veruntamen animaduertendum est, plumbi recrementum, quod Dioscorida vocatur, non esse plumbaginem, quae excrementum instar, ubi plumbum igne liquefecit, ab eo fecerit. Quippe quod hic nil aliud sit, quam purissimum plumbum, quod ignis visione, cincis secum invenitur. Hec enim in plumbariis officiis in purissimum plumbum facile redigitur, quemadmodum & argenti summa. Plumbithaque scoria fit tantum in fornacibus, ubi plumbi lapides metallici funditur. Siquidem hoc probat isti, artifices plumbum, quod inde effluxit, in serbiculam extra fornacem delabunt. Vbi vero adhuc calens concrevit, aqua frigida perfunditur, quoque scoria exiat: que (ut Diocecidus inquit) densa admodum est, & fracta, continua, colore in luteum vergente, & viri splendore pre se ferens. Huius complures vitudinis aceros in Tridentino agro, ac etiam in comitatu Tirolensi, ubi numerus metallorum fornacis, de noctuque ignibus aguntur, nanque in ijsloca metallorum recrementa, extra officinas abiciunt, monticulos ex his scriuntur. Quod si accidat metallicos lapides agere igne in fornace liquefere, scoria huius partem admittunt, quoniam huic administriculo citius metallo ignibus cedunt. Reperi-ego sepius plumbi, argenteique scoriae adeo versicoloribus lineis intersectis, pellucidiisque, ut id vitri genus, quod vulgo Venetis appellant Smalto, omni ex parte referret. Quare oportet eos, quibus in anima est, certam & exquisitam barum rerum cognitionem affequi, metallorum fidinas, & fornaces adire, non autem ea in pharmacopoli querere, ubi omnia ferre metallicia medicamenta spongia, & adulteriis vitiata repertuntur. Ceterum qui Lapidem plumbarium, sine molibdoem bodie legitimè offendat, habeo profectò nemini, nisi forte fossili quoddam calidum genus demonstrent, quod plumbum colore imittere, qualis illa, quam vulgo vocant Marchetta di legno: quazquam haec equitem molibdoem esse non auctor affirmare, quod nullum latius Molibdoem historiam scriptis mandasse compererim, quam ipse fecerit Dioscorides, qui tamen eius historiam tam paucis perfrinxit, ut difficil admodum sit decerner, quoniam lapis nobis legitimam molibdoem representet. Et si forte non aberraverint, qui dicent, plumbi lapidem ignem in fornacibus non expertum, veram esse molibdoem, quippe quod hic colore, & pondere plumbum maximè referat. De plumbo diffusè fatus differunt Galenus littera 9. in simpliciis medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit. Plumbum facultatis est refrigeratorie. Siquidem non modo multam habet substantiam humidanam a frigore congelatam; sed & aerea, paucam autem terream. Igitur quod plumbum habet effigie humida frigore coacta, indicium tibi esto, quod ubi adnotum est igni, celestiter fundatur, frigore. Quod vero & aerea sit participes, hoc habeo signum omnium, que nouimus, vnicum plumbum tam mole ipsa, tam pondere angelus, si condatur in edibus subterraneis, acrem habentibus turbidum, ita ut quacunque illic ponatur, celestiter statim colligant. Tum etiam plumbae statuarum vincula, quibus earum pedes annectuntur, saperemero cresce vi sum est, & quodammodo adeo intumuisse, ut ex lapidis dependenter crystalli modo. Atque haec probables quidem sunt humilitatis eius, frigiditatisque note, prouisquam experimentum fiat: externe scientie, & certe per experientiam cognoscuntur. Preparato gemitu mortario, simulque pessillo, & vitro ex plumbō, in fine quilibet liquorem: itaque tertio, & pessilio, & plumbum mortarium succum quandam reddent. Id quod ex vitroque confabitis, nūl nisi frigido faciliter, quam liquor ipse fuerat. Licit autem & aquam, & vinum tenuem aquem, & oleum injecere, aut quidam eiusmodi. At si etiam plus efficere succum voleas refrigeratorium, oleum omnipacissimum sit, aut rofacium, aut melum, aut myrrinum. Porro si succo, qui prouenies, & viti voleas, optimum babeis remedium & ad phlegmonas in fede cum vicerit, aut rugis & eas, que in pudendis, testibusque, & vberibus consistunt: similiter aduersas cateras omnes fluxiones incipientes, que aut in inguina, aut in pedes, aut in aliis quemque articulis decubuntur. Sed & vicerunt medicamenta mirabiles vnde est. Nam & ad canceris ex vritis, virtutem medicamenta mirabiles. Quod si celestiter multum plumbi succi colligeris vates, conare in sole terere, aut quacunque certe modo aere excalfacto. Ad multa autem vnde babeis medicamentum, si adiuto refrigeratum succum quopian teras, seu semperiu, coryleonis, in tybilia, chondryli, pessilli, omnipacis, portulaca. Porro figura horum non facile in succum solvantur, velut portulaca, mifetof illis aliorum succorum quiescant, velut omnipacis. Quin ipse per se praedito mortario inditus, medicamentum efficit refrigeratorium longe pideherium. Quin & in laminam diuiditum plumbum absque alio ullo, ipsum per se esse atritum facit exercitante: lumbis infernatur, ubi venereis somnis vexantis scilicet numerum hanc obcurere, ex refrigerans. Sed & brachia ex plumbō tenuis facta, probè ganglio ligata, planè ipsum diffusum. Illicit autem probè quisquis ab Hippocrate didicerit, in ipsam noxiam potius fernandum, quam hinc vel inde. Mirum ergo non est, si plumbum crematum, ac rursus ablutum, refrigerans efficiat facultatis, cum ante locutionem misse fuerit. Et hoc ipsum medicamen, nempe plumbum combustum, bonum est ad vetera rebellia. Vbi vero lotum fuerit multo optimum medicamentum est, & ad vicerunt implerentur, & ad eadem cicatrice obducenda. Conuent & chirurones que vocant viceribus, & cancrois omnibus, & putredinis, tum ipsum per se, tum medicamentum ad cicatricem, ferientem quibusdam commissum, quale est, quod ex cadmia conficitur. Ceterum solendum est principio, si copiosa sit sanies, quoquidam: si minus tertio, aut quanto quoque die. Verum foris frongian impotens aqua frigida, que si defecetur, certam mergetur. Sed hec fusus, quam pro miscito diximus, plurimum fermentis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi, hactenus Galenus. Plumbum elotum sic Latinis usitabiles vocavimus. Graeci dicitur: Italii, Tiemblo lanato. Plumbum vero vistum Latinè dicitur, non sed & reuocavimus. Graeci, Pionia abrusiato Italice vocatur. Que deinde plumbum usi ab Graeci, Latinis Plumbi recrementum, & plumbi scoria appellatur: Italii, Spuria del plomo. Que denique usi sed & ab Graeci, Molibdoem item, & plumbarius Latinè nuncupatur: Italice, Pietra piombaria.

STIBIVM. CAR. LIX.

Stimmi optimum, quod splendidissimum est, modoq; nitidularum emicat, confracta crustosum, nihil terre, aut sordidi habens triabilis, quod stibi appellarunt, allii playophthalmon. Vis eius adstringere, meatus

re, meatus obstruere, refrigerare, excrescencia in carne cohicer, ulcera ad cicatricem perducere, sordes, & ulcerula oculorum expurgare: sifili & sanguinem est cerebri membrana profluente, & ut in universum dicatur, uis uero plumbi similes est. Priuariu, ambusta igni in pustulas erumpere non patitur, cum adipe recenti illitum. crustosas exulcerationes ad cicatricem perducit, cum cera, & exigua ceruia. Torretur pinsita farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec carbunculet cruita, ex pumque restinguatur mulieris lacte, quæ matrem peperit, aut ueteri uino. Vrurit etiam carbonibus succens efflatum, quoad igni deflagret: si enim paulo magis concremetur, plumbum fit. Lauatur ut cadmia, &c. Sunt qui ut plumbi recrementum eluant.

- 10** *S*timmis Stibium, recentioribus medicis, chymistis, ac sepiasariis, qui Mauritanorum doctrinam seellantur, Antimo- Stibij confid. num dicitur, quod hoc nomine Serapio, & Anticenna Stibium appellantur. Huic sordine pluribus locis habentur in nostro Senensi agro, sed præstantissimum seditur in maritim: e nosris Massano solo, ac Suanen: qui metiam in comitatu san-
ctæ floræ prope Sylenanum oppidum. Venetas adfertur ex Germania, fornacibus prius fumum, & in massæ concretum. Autem artifices, qui campanas conflant, has edere fontium magis concinnant, magisque auribus gratum, ac sonorum, si stibij nomi- nabiliter ceteris admetteat metallis, dum uita in fornic liquatur. Is etiam experitur, qui nata & stanno conciunt: item iis, qui metallica faciunt, & polunt specula: ijs præterea, qui calegraphis characteres, & typos effingunt. Id tantum differentia esse inter plumbum, & Stibium ex Brafanensi Ferrariensi, quod plumbum iugum in liquefact, Stibium uero nun- Brasaui er- quam, sed faciliter teratur in puluere. Sed eis opinionem saluere deprehendunt experimentum. quadriguidem Stibium geni admodum, perinde ac plumbum colligunt, & fluit. Cuius rei nos sepius periculum fecimus, dux oleum nostrum ex stibio conformatum, quoquidem magni successu utimur ad contumaciam, siue quoque ulceram sananda. ad: id siquidem Stibium pluries fundere oportet, ut ferius, puriusque reddatur. Ceterum admentem lectoris uolumen, oleum hoc nostrum est stibio paratum, non illud esse, quo chymista argumentum in aurum mutari fabularunt, sed alind ab eo longè diuersum: nam est hoc nostrum ex sepe plus aurum fundat, quam illud chymistarum. Sed ist ad institutum nostrum reuertamur: nisi planè canum uidetur afftere Stibium iugum baudquam liquescere. Nam cum quibus metallo, siue ferrum sit, sine chalybe, in stibio fusorio permixtum, ex celerius eliquandi prebet materiam. Quam ob causam qui ferros, sphericosque globos lambardi innundantes est fuso ferro conformant, nisi Stibium ferro adserimunt, nonquam sanè (ut pro certo affirmant) id fixum facerent. Stibij mentionem fecit Plinius lib. 34. cap. 6. ubi scribit. In ijdem argenti metallis inueniuntur, ut propriam spumam lapidis candida, nitentisque, non tamen translucens; Stimmis appellant, alijs Stibium, alijs alabastrum, alijs larbastum. Duo eius genera, mas, & feminæ, magis probant feminam. Heritorum est mas, scabivisque, & minus pen-
30 derosus, minusque radians, & arenosus. Femina contraria, friabilis, fissilique non globis debibens, hactenus Plinius. Stibij vires retulit Galenus lib. 9. simplicium medicamentorum, his verbis. Stimmis ad facultatem, seu descentiam adirentiam habet hoc medicamentum adfrictionem: quamobrem & ocularibus medicinis commiscetur, & illis scilicet, que conformantur in collyria quæ vocant, & sicci, qui utique siccata collyria cognominant. hac Galenus. Ceterum Stibium uero adiectionem fortis- Stibij uires ex Gal.
derofus, minusque radians, & arenosus. Femina contraria, friabilis, fissilique non globis debibens, hactenus Plinius. Stibij vires retulit Galenus lib. 9. simplicium medicamentorum, his verbis. Stimmis ad facultatem, seu descentiam adirentiam habet hoc medicamentum adfrictionem: quamobrem & ocularibus medicinis commiscetur, & illis scilicet, que conformantur in collyria quæ vocant, & sicci, qui utique siccata collyria cognominant. hac Galenus. Ceterum Stibium uero adiectionem fortis- Stibij uires ex Gal.
40 dentius, qui ianduum honoratissime medicinem fecit Severinissimo Ferdinandio Archidiaco Asyrtio. Dominus mei clementissimus, ex multis uigilis magnisque laboribus, quos in studiis, & seruitu in sapientia, inciderat in malana ualedictum, tempe in pulmonum, cordis, & ventriculi inflammationem: unde uehemens aëmodum stitis consequebatur, que nullo quidem potu extingui poterat. Præterea epiglottidis tumore, & tanta palati secutio uexabatur, ut uix loqui posset. Quoniam etiam cordis palpitationem patiebat, adeo magnam, ut nocte repente exsufcias putaret per cubitulum aliquem obambulasse. His denique malis accesserat capitis disillatio, à qua sepius suffocari metuerat. Porro metum mortis agebant ui- res, qui tot morbis quæ bofibus obesse, facile poterant decerpere & opprimi, ex eo presterim, quod nullus esset clavis, qui appetitus languescens excitat, atque ita uires inflauaret, vel saltem conseruaret. Adam quod os & guttur eius sa-
50 parem tetrum & carbonibus similem reddabant. que sanè omnia diætæ inflammationis erant indicium non obseruari. Cum igitur res sua per aliquot dies ita se haberet, atque in maximo ueretur exsuffciencia, neque ullum percepere letumentum suarum egrediturum ex multis medicinis faciis, ad Stibium, quem Mauritan. Antimoniu vocant, ne infeste, configit; quoniam sepe audiuerat medicamentum hoc sibi mirifice commendatum sive a Georgio Handschio medico haud uulgari, qui ilius experimentum fecerat in morbis difficultim. Hac itaque ratione duabus Stibij in tensissimum puluerem redactis, & rho- dosachari exiguo admixti, tria tantum grana sumpti. atque paro post tempore, scato sensu medicamentum illud ventri- culi subseruente moliri, ac leniente calorem excitare. Mox erupit uomitus, quo solam quadam cibam per iugulam reiecit, et si superiori die non canasset. Hunc paulo post diuis fecutus est uomitus similis: cui succedit bilis flaus reiecio ad uincularum ferè quatuor pondus. Hec autem omnia euenerunt horum tantum dimidij spatio. Ex quibus nimirum illud cepit uenient, quod statim omnis ventriculus labor sedatus est. Ex uero quod hora post ter bilosa inferni excrevit, in quibus evasit quædam residuante (hęc simul diuinarum librarum pondus equale poterant) factum est, ut ab illa cordis palpi- tatione, capitum fluxione, & epiglottidis tumore statim sit liberatus. qui præterea neque stitum molestem habuit, neque cibi fastidium percepit est. Quamobrem is corporis salutem ipsamque uitam in tot morbis deploratam, Deo primis, deinde huic medicamento acceptam retulit. Alterum quoque Stibij intus aliquanti effectu silenti non diffundendum mibi narravit idem Georgius Handschus, cuius superius memini. Is enim cum esset pestilenta coreptus, ob iudeu maxima torus corporis imbecillitatem effectus, cordis tremore, spirali difficultate, capitum dolore, & sinistri uaginis abscessu, circa noctis crepusculum Stibij rhodocharbo admixta tria grana sumpti. atque post horum dimidij uomitionibus reiecit magnam pittit, bilisque tum flaus, tum porrace quantitatem, cum prospero aëmodum successu. Siquidem ex uomiti (si ille dicebat) statim sublata est fini andi difficultas, ac cordis tremor cessavit. Vomitione deinde subiecta est copiosa aliu dieiectio sine villa agrotantis molesta, post quam relque petis symptomata prorsus euenerunt, atque adeo brevis es fuit integræ sanitati re-stituans. Id quod etiam alijs contingit scio, qui hoc admirabilis medicamentum sunt usi in ea pestilentia, que anno 62. & 63. in tota ferè Boemia grauabatur. siquidem quem plures scrutari sunt pestilentia effecti, qui Antemonti l'acanthini nostri, gra-
60 ta tantum quatuor ex antidoti liberant draconis morti fructu, id denovarunt. Præterea Stibium opitulatur omnibus in

minimus mortis, quos atra bilis excitat, siveque presertim qui hypocondriacham obtinet inflationem, equidem uidi Pragae Bohemorum parochiam, qui melancholicus factus planè despicebat, multaque stulte loquebatur. Hunc sane exhibuit fuit Stibium granorum duodecim pondo; quod paulo post copiosè atram bilem per alium eduxit, cui erant admixta (ut ego, qui uidi natus tamquam ad miraculum, testari possum) ramenta ueluti carnis, sive magnos uarices in particulis diffictos pre se ferabant, namque excrementa illa sanguinem uiguratum representabant potius, quam ullum ex alijs humoribus. Hoc utique illi tantam operam tulerit, quod postea die uisus est belle pristinam mentis suę sanitatem recuperasse. Et quoniam erat corpore robusto et animo fortissimo non est mirum, si facile et fine ullo incommodo tulerit tantum illius medicamenta quantitatem. quantum audax nimis fortè habendus est ille, qui eam exhibuit. Datur etiam Stibium utilissime diuina febre coniunctis, et ijs qui spiranti difficultate laborant, precepit a thymaticis. Prodest item conuulsis, comitidibus, ueterois, resolutis, & ijs qui colicis cruciantur. Extant quoque apud me nondumllorū Medicorum Italorum Epistole, que (Deo optimo maximo duce) prodibunt in lucem, in quibus de Antimonio admiranda quædam leguntur. Extant et aliorum quoque testimonia, & presertim Illi frifissimi Comitis Octavianii Langofichi, Vbi optimi, nec unquam sati laudati Luce Contiles Senni. Siquidem, hic sanitatem pluriorum simili morbis impeditum, & que a perfrumentis medicis resistit nunquam potuit, Antimonio acceptam refert: ille uero constanter affeuerat se quam plurimos sanasse, qui ferè deploratis agebant. Ceterum sunt qui affirment Stibium sumptum non secus humana corpora ab omnibus excrementis expurgare, atque idem reliqua omnia metalla, instrumentaq; metallica, quibus adiiciuntur, ab omni foro purificare. Atqui in eius exhibitione diligenter animaduertere oportet, ut illud quod exhibetur, sit preparatum. Hanc ob causam nos hic eius parandi rationem subvenimus. Eligito Stibium optimum, quod (ut Diocorides tradidit) sile didijissimum est, modique niterularum emicat, cōfāctū crūsū ambariflable, nihil terra, aut foras habens. Id primum in pulueren facio; deinde in fistula uas, quod amplius fit, coniugato cum denum carbonibus succens ad calcinandum (ut chymiarum uerbo utar) sub diu exponio, atque interius coquere ferro statua ita Myropolis appellata cōtinē moneto. Hoc uero dum fit, fumus exhalat tenuis sulphur & auripigmentum redolens, qui si we aretrahatur, crebras interdum excitat uomitiones, quapropter qui uersant, sentiunt terga opponunt. Versare autem assidue expedit: nam si paulisper celari, vel comburitur Stibium, uel liquefit. Versato itaque diligenter, quousque in glebas concreta, quas cum uideris, sublatu ab igne fūtili, quod cōterrit, rursus in puluerem redigio, atque eidem fūtili impositum carbonibus reddito, assidueque uersato. Id quod tories repetendum est, quoties coalefcens gleyble posſit ualuerint. Ita quoque tandem uersare conuenit, quod corpuscula illa, que emicant, plōndrem suū amferint, uapor omnis ceſauerit, fetor obſolentur, & Stibium in calorem conseruans subalbitante cineris colorē contraxerit, perfecti autem operis signum erit, si prunis ardentibus infusgator, nibilque proijs sumi emitat. Post huc sumto huic se calcis, exempli gratia, libra media, chrysolite facili, semunciam. Deinde chrysocallam & Stibium tincto in tenuem puluerem. Mox omnia simul misceto, atque in fūtili frumento, quo utuntur aurifices, sive uehementi admoueto: et super laterem aut testaceum aliquod, fūtiliis omib; fundum prius collocatum, & fūtili operculo concutem, carbonibus accensis circumdato. Ver tanere operas retinet in hoc magnam adhibere diligentia, ne res ille comburantur. Quare tenacula ferrea sublatu cooperculo, nonnunquam inficiendū est an colliquescat. Nam ubi colliquatiuā fuerit, illid uas ab igne eximito, & super uerfa pelui ex auricale fabricata, qua tensores utuntur, proiecto. Quād primum enim ibi increscit in laminas, que colore, & nitore chrytopatios, quos hyacinthos appellant, atque etiam nonnunquam granatos referunt. Vbi autem lapilos paruos & rotundatos parare fit animus guttatim e fūstio uafe super eadem pelui fusum antimonium effundit. Ceterum in chrysocalla uicem felicio-ri succeso mihi praestat si fossile chrysotili modo pellucidum. Sufficiunt in tribus. Antimonij incisj semidracmam addere. Verum omnes admontos uelut difficillime a quoque paro poe Hyacinthum antimonium, etiam perfrumento chymice artis magistri, nisi prius ab altero parari diligenter insperexerit, quoniam non semper ijs etiam fuccedat pellucidum, qui sepe ac sepius illud paraverunt. Cum autem hoc medicamento uito uolueris, in puluerem redigio, datoque triuio uel quatuor granorum pondere: et tamen pondus in robustioribus nominib; augeri poset. Stibium ita preparatum commodissime adiicitur: rhabdoaccubato, eu etiam masticis modicum adiicitur. Atque haciemus de Stibij non uulgari efficacia ac preparatione: quis equidem omnia (ut ingenue fateor) in primis debet Andreæ Gallo uiro clarissimo, cuius supra mentionem feci. Stibium quod Latinis, siue Græcis vocatur: Arabibus, Attimad, seu Attimad: Italis, Stibio, & Antimonio: Germanie, Spysz glaz, & Robhypz glaz: Hispanis, Piedra de alcohol.

Nomina.

Molybdæna

MOLYBDAENA, SEV PLUMBAGO.

CAP. LX.

Molybdæna optima est flaua, argentea spuma amula, modice splendens, cum teritur rufa, cocta cu oleo iecinoris colore trahit. Vitiola est, qua aerem, aut colorem plumbeum refert. Gignitur ex auro, & argento. Est etiam quadam fossilis, ad Sebastianum, & Corycum inuenta. Quo in genere pro 50 batur, qua lapidosa non sit, aut recrementa, sed nitens, & flaua. Vnde habet spuma argenti, aut recrementum plumbi similem. Vritur, lauanturque eodem modo. Miscerunt conuentissime medicamentis, que lyparas vocant, atque emplastris minime mordentibus. Carnem recreat, & ulceras ad cicatricem, perducit: glutinantibus tamen medicamentis, aut abstergentibus non conuenit.

Molybdæna
confid.

Molybdæna, ut Diocorides testatum reliquit, factitia est, & fossilia. Factitia fit in fornaciis, ubi auri, et argenti metallum funditur: quandoquidem ubi auri, vel argenti uena, siue materia plumbi, tantum sibi admixtum non habet, quantum ad eius liquationem molierandam satis esset, qui operi presunt, aut lapidem, qui plumbum elicitor, aut plumbum ipsum super aduentum: quod tamen ignitum ut partim cum admixtis metallis coit, partim uero argenti spuma modo fornaci solo coharet, & in molybdænam ueritur. Hoc itaque cum probè nouissit Plinius, libro 34. cap. 16. de hac Molybdæna differuit ijs uerbis. Plumbi nigri origo duplex est: aut enim è sua prouenit uena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, misfusque uenis confatur. Eius, qui primus fit in fornaciis liquor, sycnerius appellatur plumbum: qui secundus, argentum: qui remansit in fornaciis galena, que portio est tercia adiuta uene. Hæc rursum cōfusa dat nigru plumbi, deducti partibus diabibus. Ide prebet argenti spuma, que Gracie lithargyrus dicitur, battemus Plinius. quamobrem facile affervere aui, nil aliud esse Molybdænam, quoniam lithargyrus speciem, que posse quam è fornace fluxere metalla, in ipsius fornaci fundo concreta, peruistaque residet. Propter uisceribus fossiles nascitur, nil aliud fanè fuerit, meo iudicio, quam metallicus illi lapis, qui plumbum, & argentum simili conuerò scintillans cornatur, atque nitore pro se ferens, pro uarice, ac diversis terre varioribus, que in metallicis lapidis feruntur. Quid autem eiusmodi sit Molybdæna fossilia, testis est Plinius libro 34. cap. 18. ubi sic agat. Est & Molybdæna, quam alibi

alibi galenam uocauimus, plumbi, & argenti uena communis. Et libro 33. cap. 6. ita scribit. Argenti metallum terra est, alia rufa, alia cinerea. Ex quo non potest nisi cum plumbo nigro, aut cum uena plumbi, quam galenam uocant. h.c. Plinius. Canticum palam est, molybdænam faciliat nimil a lithargo differre. Hoc non latuisse Galenum, eius verba declarant libro 9. simplicium medicamentorum, dum ait. Molybdæna similem lithargyro nū posset, tantum à media temperie ad frigidum paululum quid recedens. Sed nec abgergentis facultate est particeps. Vt raga autem hec medicamina liquav possint: ac non ut lapides, & cædria, & arena liqueuant resipunt, sed certe rime liqueuantur, ubi deo additum nonnihil aetæ est: liqueuant tamen etiam admixta aqua, sed diutissima coctione. Porro cœ in Cypro cædria, que in montibus, & riuis nascitur accipebam, que & ipsa lepidis, & dixi, species est: ad eundem modum molybdænam multam, cum alijs projectam lapidibus confexa in iua, que ad Erygælia ducit a Pergamo. Vocatur autem Erygælia pagina quidam, in quo & metalla sunt inter Cyzicam, & Pergamum quadrangulis, & quadrangita stadijs distans a Pergamo. Molybdæna sic Græcè, ut etiam Molybdæna Latine dictitur: Ita Nomina. lict, Piombaggine.

A'pyōp̄ ex op̄. ARGENTI RECREMENTVM.

CAP. LXI.

Molybdæna
ures ex Gal.

R Ecrementum argenti, quod scoriam uocant, aut helcysina, aut encauma, molybdæna uim habet. quare emplastris, quas phæras appellant, additur, ac medicamentis, quæ cicatricem obducunt, ut-pote cum adstringat, extrahatque.

C omplexus argenti scoriam acerui, quam uulgò Loppa uocant artifices, extra fornacum domos uisuntur in agro Tridentino prope Perzenz & Lauisium, & in comitatu Tirolensi, ubi perpetuò argenti metallum in fornacibus uritur, ut in pre-
